

1.
mo
Sancti D. Urbani Octavo

Pro

Oratoris Regis Catholici &

Devotissimus Sanctitati vestre filius Catholicus Hispaniarum Rex Philippus
 pio erga Beatitudinem vestram studio, iustoque impulsus pacis et concordia in omni
 sua ditione ac ecclesia universa desiderio, et de summa Beatitudinis vestrae
 interius certis auctoritate, tum de singulari vestra adversus eandem Dei et
 param religione, adeo multis toti mundo nota clarissimis, deus coelo etiam
ipso comprobata inditibus, optat vehementer et flagitat, ut eiusdem gloriosis-
 simae Virginis immaculatam conceptionem, quam cuncta fere ubique pie credit
 ecclesia (paucissimis admodum exceptis) definire dignetur, ut non minus
 liceat in posterum indubitato fidei assensu credere, sine originali peccato con-
 ceptam, quam nefas est, absque periculo haeresis existimare, nullo unquam
 actuali etiam levissimo, quod minoris tamen momenti est ad imminu-
 endam ipsius dignitatem, fuisse infectam. Experimento siquidem probatum
 est, nondum satis ad hoc provisum per Sanctitatis vestrae et praedecessorum
 vestrorum Pii quinti et Sixti quarti, et Tridentini Concilii decreta, in
 quibus cauetur alterutrius partis condemnatio, donec sedis Apostolicae de-
 finitio accesserit. Hanc definitionem veluti quae Sancte Sanctorum post
 Christum canonizationem hoc tempore (quod videtur potest illud esse, quod
 Beatae Brigidae praedictum a Deo ipsamet Dei mater revelavit) reservavit
 Deus Sanctitati vestrae; nullaque res accedere potest gratior omnibus fidelibus,
 vobisque gloriosior, et ex qua maius sperari possit istis calamitosissimis tem-
 poribus a matre misericordiae praesidium, sicut in non dissimili causa experi-
 sunt praedecessores Vestri Urbanus II. et Gregorius V. qui cultum illius nobis
 institutis vel officiis vel festis propagaverunt: Optandum praeterea est,
 ut quod nonnulli doctissimi alioqui viri definitione se credere putant Ba-
 siliensis Concilii (licet illegitimi) hoc legitima deinceps credant summi-
 rerum fidei iudicis auctoritate vestra, et quod non pauci, ut creditur, ex
 illis paucissimis, qui aliam haecenus toleratam sequuntur opinionem,
 facerent, nisi quid obstaret remoto obstaculo liberè ac libenter faciant.
 Cum etiam ex eisdem partem aliqui sancti et eruditi aperte post summi



primum fundatorem; cum reliqua ecclesia consentiant, partim non sine odio
et inuidia contrarium doceri posse serio moneant. Denique ut imperio potius
uestro conueniantur, subinde ex orientia exoritura uel scandala, quam
ullius alterius praesertim temporalis Principis potestate. Sane quidem San-
tos Bernardum et Thomam (qui quandoque idem docent, quoel modo pas-
sim caeteri una in primis erga ecclesiam Romanam redemptamque Aplicam
qua non dum ita communiter agnoscebatur aut profitebatur, aut celebrabat,
immaculatam conceptionem sicut natiuitatem Dominae nostrae Sanctissimae
reuerentia ab ea, qua nunc est communis opinione retardauit. Beato aut
Bernardo aequalis Thoro Presbyter Trueniensis, Petrusque Celsus Abbas
cupere se firmauerunt, hanc ipsam sententiam et festum ab eadem sede,
seu a Romano Pontifice approbari, ac ubique iniungi. Sed et prior idem
Iudicium facit de festo Trinitatis et Transfigurationis, quae suo tempore
non erant omnibus in locis recepta. Quod attinet ad Patres uetustiores
aut iustus de causis abstinerunt a tam clara uel mysteriorum doctrina,
aut satis etiam aperte Scripturarum mixti argumentis et rationum illam
tradiderunt. Joannes uero Baronus ordinis Carmelitani Doctor, trecentis
circiter ab hinc annis testatus, id festum in urbe celebrari solitum a Cu-
ria uniuersa asseruit, quod gratissimum esset Deo, et Sacrosanctae Ro-
manae ecclesiae laudabili consuetudini consonum, generaliter statuere
per totam ecclesiam celebrandum. Expetunt idque omnes orbe toto diffusi
ac expectant; potissimum uero Philippus Rex Catholicus, sedi istae atque
Beatis^{mi} uestra nominatim addictissimus, cui nullum ex omnibus alijs
negotijs adeo cordi est, quibus si liceret supplex ipsemet huc ueniens incen-
sum illud suum desiderium exponeret Sanctitati Vrae, atque ut eidem
desiderio efficaciter satis fiat, omnem operam, si qua necessaria iudicabitur,
ex animo prolixissime pollicetur. Grauis profecto Diui Thomae Doctoris
magni auctoritas, Verum praeterquam quod a S^{to} Bernardo alumnus
sui hae in re desinuerunt, et plura ecclesiae morem faciendum ille docuit

quam Hieronymi uel Augustini, uel cuiusquam alterius Doctoris Sententiam: quasdam eius opiniones circa formas sacramentorum, uota cen-
 turas, et similia, Ecclesia, si non damnat, certe non sequitur: nec dubitaret
 si uiuere, qua erat epimia mo destia et sapientia quae suadibilis est, ac
 bonis consentiens semetipsum rebractare Augⁿⁱ magri sui seutus exem-
 plum; memorqz Cipriani seu doctrinae seu sanctitati, nihil obfuisse aliter
 de anabaptismo sensisse, quam sentiendum eē postea definiuit ecclesia
 Inspriet menti Sanctitatis Vrae Christus, quod in maiorem uelat gloriam
 dilectissimaeqz matris suae, Ecclesiae item bonum, consolationem fidelium,
 concordiam animorum, et omne Consilium uestrum confirmet.



[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]